



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

In Cappenbergensis Comitum Godefridi Vitam Prologus Avctoris Qvidem  
Anonymi, sed qui illius æuo vixit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**



INCAPPENBER-  
GENSIS COMITIS GO-  
DEFRIDI VITAM

*Prologus*

AUCTORIS QUIDEM ANONY-  
mi, sed qui illius aeo vixit.

**N**estimabilem beneficio-  
rum Dei magnitudinem  
humani pectoris angustias  
excedentem Propheta san-  
ctus considerans, quodam loco com-  
punctus ait: *Miserationum Domini re- Isai. 63.*  
*cordabor laudem dicam ei super omnibus,*  
*quae retribuit nobis.* Alius item Prophe-  
ta supernae donationis infinitas in se  
diuitias obstupescens, nec dignas gra-  
tiarum actiones apud se inuenire suf-  
ficiens: *Quid retribuam, inquit, Domi- Psal. 135.*  
*no pro omnibus, quae retribuit mihi? Vn-*  
*de nos quoque auctori omnium de tot*  
*donis ac bonis suis ingrati esse meru-*  
*entes,*

A  
entes,

## 2 GODEFRIDI COMITIS

entes, diuina quædam aggredimur  
commendare magnalia, nobis qui-  
dem, hoc est, nostræ professionis fi-  
liis specialius exhibita, generaliter  
vero piorum omnium vtilitati non  
mediocriter profutura. Verum non  
sublimitate sermonis, sed in Spiritus  
Sancti cooperante gratia, humili ac  
simplici eloquio dicenda dicemus,  
quippe qui nemus in domo Domini  
plantare legali decreto prohibemur.  
Solūmodo res diuinitus gestas me-  
moriæ mandare intendimus, nulliq[ue]  
meliori ac doctiori hæc eadem dili-  
gētius tractaturo præiudicamus. Vn-  
de nec æmuloꝝ dentes luridos for-  
midare debemus. *Oculum enim colum-  
binum, vt ait quidam sanctorum, gra-  
tanter suscipit pulcher rima ac modestis-  
sima charitas. dentem vero caninum ve-  
uitat cautissima humilitas, vel re uer-  
solidissima veritas.* Enim vero no[n] tram-  
inprimis arguimus negligentem in-  
ertiam, & inertem negligentiam,  
quod hæcenus de Beato viro G. O.

*Dexter.*  
16.

DEFRIDO Comite Capenbergensis Ccenobij, hoc est, loci nostri fundatore, in laudem quippiam dicere negleximus, qui tamen tanti viri meritis & industria, vt parum dicam; omnibus hodie bonis repleti sumus. Non enim satis eloquor, quid de hoc viro parturiat cor meum, dum attendo & perpendo sanctissimæ conuersationis eius insignia, tanti viri tam voluntariam paupertatem, tam humilem simplicitatem ac simplicem humilitatem, tam felicem denique omnium ipsius consummationem. Et ecce ter *S. Amb.* beatus iste Comes verus, quia *ser. 89.* verum Regem comitatus, & perse- *Comes* ueranter imitatus est, ipse inquam *Impera-* in perenni tripudiat gloria, nobis- *toris de-* cum autem memoria eius cum be- *bet co-* nedictione perseuerat in secula. Me- *mes* *CHRI-* moria enim illius, vt scriptum est, in *STI esse* compositione odoris facta, opus pigmen- *deside-* tarij manet in seculum seculi qua- *rare.* si mel, & vt *Musica in conuiuio vini, Eccl 49.*

#### 4 GODEFRIDI COMITIS

Conabimur itaque de hoc Sancto aliqua locuturi, & gratas compendij metas non excedere, & ea quæ sub oculis fratrum nostrorum acta vel dicta sunt, piis ac timoratis auribus explanare.

#### CAP. I.

*Incipit vita eiusdem.*

*De comitatu eius.*

**T**emporibus gloriosi Henrici, qui huius nominis quintus Romanum administravit imperium, fuit in V Westphaliæ prouincia electus ac dilectus Dei GODEFRIDVS, qui nobilissimis ac regiæ stirpis ortus parentibus, in timore Domini, Comitatus agebat officium, pater eius Godefridus, mater Beatrix dicebatur. Hic vero reuerendissimus atque inter Dei amicos computari dignissimus, auum habuit Hermannum Comitem, qui vt maiorum celeberrima relatione cognouimus, cum esset eleemo-

*Parentes Comitis God.*

synator